MATUTINALE ADMONTENSE (NONNENBREVIER)
Admont, 1180 Seite 215r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ut saluet nos de manu inimicorum
nostrorum. Misit ergo populus in sylo. et tule
runt inde archam federis domini ex
ercituum sedentis super cherubym.
Erantque duo filii heli cum archa fede
ris dei, ofni. et finees. Cumque uenisset
archa federis domini in castra, uocife
ratus est omnis israel clamore grandi,
et personuit terra. Dominica.
Congregantes .iii.
phylistium agmina sua
in prelium, conuenerunt
in socho iude, et castra
metati sunt inter socho et azecha in fi
nibus dommym. Porro saul et uiri is
rahel congregati uenerunt in ual
lem therebynthi, et direxerunt aciem
ad pugnandum contra phylistium. Et
phylistium stabant super montem ex
hac parte. et israel stabat super montem
ex altera parte, uallisque erat inter eos.
Et egressus est uir spurius de .ii.
castris phylistinorum nomine goliad
de geth. altitudinis sex cubitorum et
palmo, et cassis erea super caput eius.
et lorica amata induebatur. Porro
pondus lorice eius quinque milia syclorum
eris erat, et ocreas ereas habebat
in cruribus, et clypeus ereus tegebat
humeros eius, hastile autem haste eius
erat quasi liciatorium texentium, ipsum
autem ferrum haste eius sexcentos habe
bat syclos ferri. et armiger eius ante
cedebat eum, stansque clamabat ad
uersus phalangas israel, et dicebat eis:
Quare uenistis parati ad prelium? Nonne
quid ego non sum phylisteus, et uos ser
ui saul? iii. Eligite ex uobis ui
rum et descendat ad singulare cer
tamen. Si quiuerit pugnare mecum
et percusserit me erimus uobis serui,
si autem ego preualuero et percussero
eum uos serui eritis. et seruietis
nobis. Et aiebat phylisteus: Ego ex
probraui agminibus israhelis hodie.
Date mihi uirum, et ineat mecum singu
lare certamen. iiii. Audiens autem
saul et omnes israhelite sermonem
phylistei huiusmodi, stupebant
et metuebant nimis. Dauid autem
erat filius uiri effratei de quo supra
dictum est de bethlehem iuda. cui e
rat nomen ysai qui habebat octo fi
lios. et erat uir in diebus saul senex et
grandeuus inter uiros. .v. Abi
erunt autem tres filii eius maiores post
saul in prelium. Et nomina trium filiorum
eius qui prexerunt ad bellum, eliab pri
mogenitus et secundus aminadab. tercius
samma, dauid autem erat minimus.
Tribus autem maioribus secutis saulem.
abiit dauid et reuersus est a saul, ut
pasceret gregem dauid patris sui.
in bethlehem. Precedebat uero phyliste
us mane et uespere, et stabat quadra
ginta diebus. .vi. Dixit autem